

NUM. 51.

Folia 22 partim mutila, fragmenta cuiusdam codicis in 8^o saeculo XIII. extremo, lineis plenis exarati et rubricati.

Vitae Patrum.

Fol. 1—13'. Fragmenta ex vita sancti ANTONII, auctore s. Athanasio Alexandr., interprete Evagrío presb. Antiocheno. Patrologia Graeco-Latina. 26, 887. num. 29 sqq.

Fol. 13'—20'. Fragmenta ex vita sancti HILARIONIS monachi, auctore s. Hieronymo presb. P. L. 23, 29 sqq.

Fol. 21. et 22. Fragmenta ex vita sancti BASILII Caesar. archiep., auctore Amphiloquio episc., interprete anonymo. P. L. 73. 310 sqq.

CODEX 52. olim signatus 4/2.

Foliorum 76, 268: 184 mm., columnis binis (folia 2—4. et 76. lineis plenis) exaratus saeculo XI. Tituli miniati sunt et initiales litterae minio ductae. In capite codicis occurrit delineata imago cuiusdam sacris induti hac cum inscriptione: Hugo plebanus de Dietinchon, et in fronte eiusdem folii hic versus:

Haec decreta fidem servant nobis data pridem.

Folium anteriori operculo adglutinatum exhibet haec verba: Judinta dedit hunc librum sanctae Mariae montis angelorum. Ultimum folium est mutilum, salvâ tamen scripturâ.

1^o *Catalogus Romanorum pontificum. Fol. 2—4'.*

Beatus Petrus apostolus sedit annis XXV. — Victor qui et Gebehardus, Aureatensis episcopus, ab episcopis electus Romamque missus papa efficitur; sedit annos tres.

2^o *Ecclesiasticae regulae ex sententiis sanctorum Patrum defloratae a legatis ipsius sedis apostolicae in Gallias pro ecclesiarum dispositione causarum deportatae. Fol. 5—52.*

Si difficile et ambiguum apud te — etiam insensibilia ossa concremantur,

3^o Decreta de recipiendis sive non recipiendis scripturis sive auctoribus earum, scripta a beato Gelasio pp. in concilio LXX eruditissimorum episcoporum in apostolica sede urbis Romae. *Fol. 52—54.*

Post propheticas, evangelicas et apostolicas scripturas, quibus ecclesia catholica — indissolubili vinculo in aeternum confitemur esse damnata. *P. L. 59, 167—180.*

4^o Brevis denotatio VI principalium synodorum. *Fol. 54.*

Prima synodus in Nicaea Bithiniae CCCXVIII patrum facta est contra Arrium — anathematizando scripserunt VIII capitula. Ex his VI principalibus sinodis IIII eminentiores hic subsecuntur iuxta illam translationem, quam ex apostolica auctoritate per beatum Adrianum pp. habemus.

5^o De auctoritate IIII principalium synodorum *earumque* canones *et subscriptiones Patrum.* *Fol. 54'—68'.*

Gregorius episc. Johanni Constantinopolitano *etc.* Sicut sancti evangelii — occidentalibus ecclesiis directa probatur.

6^o Brevis annotatio canonum subter annexorum, ante vel infra vel post principales sinodus statuta legitur. *Fol. 69.*

Apostolorum canones sunt L. — Aurelii episcopi leguntur conscripta.

7^o Compendiosa traditio canonum orientalium sive Affricanorum quos beatus Adrianus pp. in uno volumine cum superioribus conciliis ad dispensationem occidentalium ecclesiarum Karolo Romae posito dedit, regi Francorum et Longobardorum ac patricio Romanorum. *Fol. 69—76.*

In primis de canonibus apostolorum — nullatenus in communionem susciperet. Explicit compendiosa traditio orientalium canonum Affricanorum quos b. Adrianus pp. per manum Karoli regis occidentalibus ecclesiis direxit.